



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. Secundò, ob susceptam prolem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

remissionem à donante, quod distinctius vide apud Mol. d. 281.

14. Si solum fuit res promissa, & nondum tradita, posse in foro conscientie, cessante scandalo, non tradi ob æquivalentes causas ingratitudinis, concedit Rebell. 9. 9. 9. quia præsumi potest donatorem potius noluisse rem tradere, quam obligare rem suam in casu tantæ ingratitudinis: id, quod firmat, quæ n. 9. dicta sunt.

15. Nota quintò, hanc potestatem revocandi non habere locum in donationibus factis Ecclesiæ, nam quamvis ejus Prelatus ingratu sit, nihil nocere poterit donationi, quæ non ipsi, sed Deo facta est, qui certè ingratu esse non potest. Ita Vadius, Laym. Hurt. Delug. Dicastil, alique apud Dianam p. 8. tr. 6. res. 56. contra Fa- gond, ibid. citatum. Quod si onus à donante donatarius ipsi Ecclesiæ imposuit non adimplet, cogi poterit à legittimo Superiore, ut adimpleat, non verò ut restituat donata.

16. Denique posset hic quæri, utrum potestas revocandi donationem in dictis casibus transeat ad heredes? Verum eadem potestas adsit in donatione remuneratoria? Verum eadem adsit in donatione Beneficiorum Ecclesiasticorum? Verum eadem adsit in matre respectu filii, vel in Patrono respectu liberi? Verum, hæc dilucide tractata habes apud Doctores citatos, & breviter collectos apud Delugo l. c. Mol. l. c. Vide etiam Dianam, p. 8. tr. 6. res. 117. quoad donationem remuneratiam; Quoad quæcumque autem donationem ex causa, vide apud Martium Cutellier, l. 1. de Donat. disc. 3. part. 4. initio. Rursus, An donator possit revocare donationem ex eo, quod donatarius non alar donatorem jam lapsum in pauperiam? & an Pater ob causas supradictas possit revocare datam Filiae, dum vivit ejusdem filie Maritus, vel eo mortuo, si extent filii? sed hæc clare habes apud eundem Dianam l. c. res. 55.

Denique, Quid, si donator juravit se renunciare huic potestati revocandi ex ingratitudine? Verum, ex supradictis 4. n. 4. tunc non posse revocare; colliges ex mea sententia.

§. II. Revocatio ob filios, post Donationem susceptam.

1. Ex quæ disponit donationem revocari ob susceptos filios, loquitur quidem de libertis, sed Doctores apud Dianam p. 8. tr. 6. res. 63. sive ob identitatem rationis, sive ob contextus variarum legum extendunt ad alios quoscunque. Verba Legis hæc sunt, L. Si unquam, C. de revocand. Donat.

Si unquam libertis Patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos, totum ad ipsum revertatur.

Merito quidem, quia non præsumitur velle quis, etiam si juraverit, donare rem notabilem aliis (nam excipientes sunt res levioris momenti) in eo casu, quo propriam sobolem nascatur, sive illam de novo suscipiat, sive de novo cognoscat, esse suam: nam semper ejusmodi donationes imbibunt conditionem, si mihi filius non adsit. Quare tunc donatio erit in totum revocanda, si facta fuit extraneo, nam, si facta fuerit uni ex filiis, dicam num. 14.

2. Adverte tamen donationem factam Ecclesiæ non revocari in totum, sed solum, quoad legitimam filii, vel filiorum. Adverte item, idem esse, quando quis juravit, non revocaturum donationem; tunc enim solum, quoad legitimam, erit revocanda; quia cum de aliis portionibus possit Pater ad libitum disponere, & sine peccato, ut hic omnino est supponendum, juramentum, quoad ipsas validum est, & observandum per dicta c. 4. §. 4.

3. Verum, non revocatur donatio, quando suscipiuntur filii spurii, vel non legitimi, quia dicta L. si unquam, semper loquitur de filiis legitimis.

4. Quid, si legitimentur per subsequens Matrimonium? Respondeo, revocari, quia hi sunt perfectissimè legiti-

5. Quid, si legitimentur per Principis privilegium? Respondeo, Dicastillus negat revocari, quia is, ait, non est perfectè legitimus, Hurtados tamen, & merito, docet, revocari, quia is gaudet omnibus privilegiis filii legitimi.

6. An dicta dispositio revocandi donationem ob prolem susceptam, locum habeat in donatione remuneratoria?

Respondeo, cum Mar. Cutell. tom. 1. de Donat. disc. 2. part. 13. Vide etiam Dianam p. 8. tr. 6. res. 65. negativè, quia hæc, ut toties dictum est, non est pura donatio, de qua loquitur dicta L. si unquam.

7. An quando proles præcogitata fuit, & nihilominus donatio fuit facta, ea sit revocanda?

Respondeo, Aliqui, ut Hurt. & Rebell. apud Dianam l. c. res. 59. putant non esse revocandam, quia favor (inquit) hujus legis factus est Patri, & ideo illum renunciare poterit. Alii, ut Vadig. Dicastil, Delugo apud eundem, quibus adde Cutell. l. 2. de Donat. disc. 3. spec. 3. censent, esse revocandam, quia, contra putant, favorem hujus Legis factum esse filiis.

8. An reviviscat donatio, si filius de novo susceptus moriatur?

Respondeo, reviviscere saltem communiter, docet Delugo, d. 23. de Inst. à num. 180. quia intentio donatoris, semper præsumitur esse, ut donatio constet, si filiis, vel nepotibus non præjudicat. Non reviviscere, tenet Dicastil, apud Dianam l. c. tr. 6. citantem Hart. & Rebell. quia donatio, inquit, semel extincta per susceptum filium, non potest iterum vivere sine novo consensu donatoris.

9. Nota denique, donatarius, supervenientibus donatoris filiis, teneri in conscientia restituere res donatas, si à donatore etiam extra judicium ex repetantur, quia hæc non est pœna, ut erat ob ingratitudinem, sed est dispositio iuris irritans omnino donationem. Si tamen donator non petat, cum possit, poterunt res donatæ retineri ex eo capite, quod tunc donator præsumitur condonare, ut modò similiter diximus supra cap. 4. §. 3. n. 1. & docet etiam Lessius, l. 2. cap. 18. dub. 14. num. 100.

10. Excipe semper ex regulis universalibus restitutionis, nisi bona fide donatarius res acceperit, bonaque item fide non factus locupletior, consumpsit, ut notat rectè Delugo, d. 24. de Inst. n. 218.

Dubium incidens: An Testamentum, & Legata intelligantur revocata ob susceptam, vel de novo cognitam prolem?

11. Eo ipso revocatum intelligi Testamentum, quoad institutionem hæredis, certum est. Sed quid, quoad legata?

Respondeo: Idem dicendum, ut docet tanquam probabilius, Sanch. l. 4. consil. c. 1. §. 2. num. 4. & merito, nam, cum legata sint veluti donationes quædam, ratio, quæ probat, superveniente filio, rescindi donationem, arget, & in Legatis. Est autem in legatis illa exceptio, ut ea legata sustinenda sint, quæ verosimiliter (id, quod ex conjecturis est colligendum) ipse Pater adhuc fecisset, natis, vel cognitis de novo filiis. Ita idem Sanch. cum pluribus, quibus adde Molin. d. 175. §. Intelligendum præterea.

12. Si supervivat Pater post natos, vel cognitos filios, & tamen Testamentum nequaquam revocet, putant aliqui, non intelligi revocatum, quia, si potuit (alunt) & noluit, signum dat, volendi in eo perseverare. Alii tamen cum eodem Sanch. l. c. n. 10. inquirunt, intelligi revocatum. Sed melius distinguendum cum Delugo, d. 14. de Inst. n. 53. Si enim ad sunt conjecturæ, non revocatum expresse fuisse à Patre Testamentum, quia expectabat forte tempus aptius revocandi, sed repente mortuus est, utique revocatum intelligitur. Si verò adsint conjecturæ prædictæ perseverantiæ, non erit revocatum.

Hh

13. Denique

Part III.

13. Denique, si vivente adhuc Patre, qui jam suum considerat Testamentum, nascatur illi filius, l. *Posthumus, in ius, ff. de iusto ruptis*, & statim moriatur, convalescet Patris Testamentum, etiam si in illo fuisset institutus haeres quicumque extraneus; nam in iure, quod a principio validum fuit, facilius recuperat suas vires, quam, quod fuerat invalidum de novo eas acquirat.

§. III. Revocatio Donationis inofficiosa.

1. **Q**uoties fit donatio (& quidem notabilis quantitas, ut *supra* non in simili) ab aliquo, qui dum donat, habet filios (nam in *precedente paragr.* locuti sumus de non habente filios, dum donat, sed habente postea) toties illa donatio, si demat legitimam filiis debita, erit, & appellabitur inofficiosa, id est, contra officii pietatis Patris, vel Matris debitum filiis, rescindique omnino debet, etiam si sit iuramento firmata, quia iuramentum non potest obligare aliquem in praedictum aliorum, ut hic esset in praedictum legitimam filiorum.

2. Adverte autem ejusmodi rescissionem peti non posse à filio, nisi defuncto Patre, quia legitima ei non debetur, nisi post Patris mortem.

Ex hac certa doctrina, quatuor dubitationes emergunt.

Donatio inofficiosa totum, an pars sit invalida?

3. Prima, An donatio inofficiosa facta extraneo sit invalida in totum, an solum in parte, quatenus scilicet officit legitimam filiorum?

Respondeo: Si ea donatio non fuit facta animo fraudandi legitimam eorum, quibus debetur, solum invalidatur, seu revocatur, quoad partem, in quantum scilicet possit remanere dicta legitima. Et puto ad hanc revocationem (sed, ut dixi, post mortem Patris) non esse opus sententia Iudicis, quia legitima semper est, post Patris mortem, debita filiis.

4. At, si ea donatio facta fuit animo fraudandi legitimam, iis, quibus debetur, quod Iuris periti dicunt, donationem esse inofficiosam re, & consilio: Aliqui apud Molinam d. 283, n. 12. negant, revocandam esse in totum, aliqui affirmant, at ipse Molina tandem concludit, favendum esse possessori.

Addit Delugo d. 23, de *Iust. num.* 202. Video etiam Dianam p. 8, tr. 6, ref. 66. & 84. non esse fundamentum, cur debeat revocari in totum.

5. Ego dico primum, certum mihi esse, revocandam quoad partem correspondentem legitimam, & quoad partem eandem esse invalidam, & posse filium ante omnem sententiam sibi reperere, & obligari donatarium restituere modo supra dicto in §. *preced.*

6. Dico secundum: Si forte iudicet quis revocandum esse in totum, certum mihi esse, id non posse fieri, nisi per sententiam Iudicis. Ratio est, quia haec esset poena illius animi defraudandi legitimam. At poenam temporalem subire, nemo cogitur ante sententiam.

7. Objicis: Pater dum vivit, sine in iustitia esto, aliquando cum peccato, quando, v.g. est contra charitatem filiis deest (nam) potest omnia bona sua alienare in extraneos, etiam si legitima pro filiis nulla sit remanens, nam dum ipse Pater vivit, est dominus rerum suarum, & legitima non debetur filiis, vel ascendentibus, nisi post Patris mortem; Ergo donatarius non obligabitur in conscientia ante sententiam, tradere legitimam praedictis filiis defuncti, nec filii possunt reperere ante eandem sententiam: quia ea bona non accipit donatarius à Patre contra Iustitiam.

Respondeo: Virget obiectio, sed tamen dico, Esto, sit valida illa donatio, vivente Patre, at hoc mortuo, cum ea remaneat, seu evadat inofficiosa, posse filium legitimam, seu certe sua congrua alimenta ab illa donatione

sibi reperere, ac debere donatarium redde ante omnem sententiam, quia pars illa donationis correspondens legitimam post mortem Patris, non est donatarium, sed filiorum. Cujus rei ulterior ratio est simili illi rationi, quae inibit conditionem, si filius mihi non nascatur, si nascitur, seu saltem sua alimenta non defuerint.

Donatio inofficiosa respectu Ascendentium.

8. Secunda dubitatio: An idem sit respectu Ascendentium? Si scilicet filius descenditibus carens, ita donat extraneo, ut non remaneat pro Patre, vel Avo sua legitima, quae certe ipsis debetur, moriente dicto filio, videtur donec?

Respondeo, idem esse dicendum, invalidamque esse donationem, eo prorsus modo, quo *supra* de Patris donatione respectu legitimam filiorum. Ita Doctores omnes, l. *Si Filius, C. de inofficiosa donat.* Et ratio nimis est in promptu, quia nimirum aequè illi debetur legitimam.

Donatio facta Ascendentibus, an revocanda sit, si deinde nascatur Donatori Filius?

9. Tertia: Titius nullos habens filios, suo Patri, vel suo Avo donationem suorum bonorum legitimam fecit, iure ad aliquot annos nati sunt filii ipsi Titio, Quatenus, an & quatenus haec donatio valida sit, vel invalida?

Respondeo, esse invalidam, idque propter rationem universalem dictam, quia ob susceptam prolem annullatur donatio.

10. Virges: Estne invalida quoad legitimam tantum debitam filio jam nato, an secundum totum.

Respondeo, esse probabilius, quod sit invalida quoad totum, & consequenter, quod ascendentes post mortem donatoris debeant omnia bona donata restituere ante omnem sententiam filio huic nato. Ratio est, quia secundum ordinem naturalem facultates Patris descendentibus debentur, & solum in defectu descendendum debentur ascendentibus.

11. Objicis: Diximus modò, donationem factam Ecclesiae, si postea nascatur donatori filius, non revocari, nisi quoad nati filii legitimam, ergo pari ratione donatio facta ascendentibus, si postea donator filium nascatur, non revocari debet, nisi quoad dicti filii legitimam.

Respondeo, negando consequentiam, nam praeter disparitatem, si quidem illa est donatio facta in bonum, quae, salva legitimam, sustineri censenda est à donatore: at haec facta ascendentibus nulla ratione censenda à donatore sustineri, cum (sicuti modò diximus) Ordo naturalis requiratur, ut facultates Patris habeantur filiis, non descendentes, quando hi adsunt, non vero ascendentes. Lege Mol. d. 282. *Dubium ulterius est.*

Donatio inofficiosa facta uni ex Filiis.

12. Quarta dubitatio: S. Pater det uni ex filiis cessivè cum praedictio legitimam aliorum filiorum, an donatio estne inofficiosa?

Respondeo, esse inofficiosam, & revocandam, immò invalidam, atque afferre eandem obligationem restitutionis dictam n. 5. secundum illum excessum rationis, qui praedictat dictam legitimam. Id satis patet ex dictis, quia sua portio legitima semper aequè filius debetur post mortem Patris.

13. Adde, id locum etiam habere in eo casu, ut voluit Cutelli, tom. 2. de *Donat. spec.* 2. & *spec.* 3. quo Pater cessivam dedit uni ex filiis, etiam si etiam haec donationem omnium bonorum, vel cessivam dederit uni ex filiis, etiam si etiam haec donationem inofficiosa, si non remanet legitima pro aliis filiis, cum nulla causa possit dari, quae legitimam favorat opposit.